



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Vsura VI. quoad restitutionem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

QVI pecora, vel prædia emit ab eo, quæ credit non habere, & statim certa pensione eidem locat, tenetur restituere pensionem, quam ex re, quæ non erat, cepit: secus si emit bona fide, credens probabiliter eum habere illa, nec tenetur restituere etiam cognita veritate. num. 229.

*V SV R A V. CIRCA
cambia.*

QVI deponit nummos apud vsurariũ habentem proprias pecunias ad exercendã vsuram, non peccat: secus si non habeat proprias. c. 14. n. 31. lit. F. §. 12. & in Nou. n. 40.

De commendante pecuniam apud mercatorem, ea intentione vt aliquod lucrũ annuũ ei solvatur; vide supra tit. vsura II l. lit. Z.

De mutuante mille in India, quomodo satisfiat ei Romæ: vide tit. vsura II l. in fine.

De vsura circa pignus. tit. pignus. De vsura circa Societatem. tit. Societas.

*V SV R A VI. QV OAD
restitutionem.*

AV SV R A est minus debita, quàm debitum ex aliis contractibus. c. 17. n. 53.

Famulus vsurarij tenetur restituere tamquam

quam faciens, vsurarius verò tamquam con-
fentiens. num. 19.

Et famulus tenetur, etiam si solùm pecu- **B**
niam dedit, & pignora, vel solutionem vsu-
rarum accepit dum modò sciant, pecuniam,
quam ferunt mutuam, mitti ad vsuram, &
quam recipiunt, ratione vsurarum recipi, &
tenentur restituere ante executionem prin-
cipalium, quia non cèsentur accessorij. Idem
de proxenera rogante, vt det ad vsuram: se-
cus si simpliciter rogauit, vt daret ad mutuũ:
secus etiam si non se tenet principaliter ex
parte vsurarij, sed ex parte indigentis. n. 267.

Qui gratis mutuare volenti suadet, vt **C**
non mutuet nisi ad vsuram, tenetur resti-
tuere in solidum. num. 265.

Qui mutuatur vsurario in malos fines, non
potest licitè capere ab eo solutionem, si ex
ex ea redditur impotens ad soluendas vsu-
ras. num. 264.

De emète pignus amissum ob vsuras non **D**
solutas, idem est ac de emente rem alienam.
num. 265.

Bona vsurarij non sunt obligata pro vsu-
ris extortis. Dominium rei lucrifactæ per
vsuras transit in vsurarium, & dominium rei
venditæ per vsurarium, transit in emptorem,
nec potest auferri à soluente vsuras pro ea-
rum restitutione. ibidem.

Vsu

Vfurarius non tenetur restituere, quod emit suo nomine, ex pecunia vfuraria. n. 278.

Debitor potest recuperare rem, quam soluit pro vfuris, si est penes vfurarium: imò etiam si sit penes alium titulo gratuito, saltem cum defunt vfurario bona ad restituendum. num. 265.

E Qui aliquid notabile accipit gratis ab vfurario in eadem specie, qua fuit datū illi, vel etiam in alia, si sciebat, vel probabiliter dubitabat, eius bona non sufficere ad restituendas vfuras, tenetur restituere illis, quibus vfurarius tenebatur. num. 266.

Gestor negotiorum, vel tutor, qui etiam nomine suorum principalium dedit ad vfuras, vel recuperavit, eas tenetur restituere, illis nō restituentibus, etiam si fuerit merus executor. num. 267.

F Vxor vfurarij sciens maritum non habere amplius quàm ad restituendas vfuras, peccat viuendo ex eius bonis, cum ex suis, aut confanguineorum, vel suo labore honestè viuere possit. Quod restringendum est, quando viuit de eisdem bonis vfura acquisitis, quorum dominium non transit in vfurarium, vt pignora fructifera: Et quando viuit sumptuosius, quàm decet statum eius: aliàs secus. Quoniam maritus plus obligatur ad sustentandam vxorem, quàm ad restituendas

das vsuras. cap. 17. num. 268.

Idem de vxore cuiuslibet alterius non G:
habentis amplius quam ad soluendum de-
bita. Idem de filiis, qui aliter viuere non
possunt: secus si possint nisi seruitia patri
facta id mereantur. Idem de famulis, qui
sui victus impensam lucratur: Et de filiis, &
famulis, ignorantibus bona, quibus susten-
tantur, parta fuisse per vsuras. Et de illis qui
adferunt vtilitatem rei familiari, dummodò
non accipiant in stipendium eandem rem
extortam per vsuram. Non tamen est idem
de his, quorum opera non affert tantum
vtilitatis rei familiari, quantum impensa.
num. 270.

Peccat qui à focero vsurario, cuius bona H:
non sufficiunt soluendis vsuris, accipit do-
tem, etiam moderatam, etiam pecunia, vel
in aliis rebus cuius dominium transfertur
in vsurarium. Et peccat, si repugnat vxori
volenti dotem illam restituere: vxor tamen
sine marito non potest restituere. num. 271.

Vxor absque licentia mariti vsurarij
non potest restituere vsuras, si timeatur scā-
dalum: secus si non timeatur. num. 272.

Iudex, qui adiudicat vsurario vsuras, I
vel non cogit ad restituendum eas, tenetur
restituere in solidum: idem de notario pu-
blico. faciente ad hoc instrumentum si-
G. G g mulatum.

mularum. num. 275.

Si tamen hoc fecit in fauorem indigentis, licet peccet mortaliter, non tenetur restituere. nu. 276.

L Quod si faciat scripturam aperte usurariam, non tenetur restituere, nisi fiat in loco, ubi ex statuto, iniusto vel consuetudine accipientes mutuum sub usuris, compellantur eas absoluere: nec etiam tenetur restituere pretium acceptum pro conficienda scriptura usuraria. ibidem. Quod dictum est de notario, idem dicendum est de teste. nu. 277.

M Procurator, vel aduocatus, qui iuuant in hoc usurarium, nempe ut iudex adiudicet illi usuras, vel non cogat ad restituendum eas, vel certe impediunt restitutionem earum petenti, tenentur restituere in solidum. Nec excusantur, quod scripturae in superficie viderentur iustae, si sciebant factas esse pro usuris. In qua etiam obligatione irretitur notarius publicus huiusmodi scripturam simulatam faciens, ut paulo ante dictum est. nu. 275.

N Usurarius tenetur restituere quod accipit ultra sortem, vel fructus pignoris perceptos, vel quos percipere potuit. Et ipso non restituente, tenentur haeredes, unusquisque pro sua parte. Quod si vnus non potest,

potest, alius tenetur ad id iuxta vires hæreditatis. Tenentur donatarij, legatarij, & qui gratuitò acceperunt aliqua bona ab usurario, si pars quæ peruenit ad hæredes non sufficit. num. 278.

Vsura mentalis tantùm, obligat ad restitutionem. capite vigesimo tertio, numero centesimo secundo, & centesimo tertio, §. 5.

Ratio autem cur vsura mentalis obliget ad restitutionem, & Simonia mentalis non obliget, est, primùm, quoniam sic declarauit Papa, cui debemus humiliter assentiri, & credere non defuisse illi rationem ita declarandi, vnde ratio iusta & vera huius decisionis ab eo erat petenda. Deinde, quoniam quod pro vsura datur, coactè datur; quod autem pro simonia, sponte; vt quod datur pro emptione, aut venditione. Tertio, quia quod datur per viam simoniæ, datur per viam commutationis, quæ de se iure probatur, non autem quod datur per viam vsuræ. Quarto, quia vsura bene soluitur, & malè recipitur. Nam soluere vsuram, non est peccatum, recipere autem, sic. Vnde qui eam malè recipit, ab eo qui bene dat, tenetur restituere danti.

At qui per simoniam mentalem accipit ab eo, qui malè dat, bene suscipit ob

ignorantiam malæ intentionis, aut saltem accipit à malè dante, & consequenter nemini tenetur restituere illud, saltem, si præster illud propter quod datum est. Nam qui bene vel malè accipit aliquid ab eo qui malè dat, non tenetur ex præcepto ad restituendum illud: saltem si illud cuius causa datum est, fecit, & nulla speciali lege id iubeatur. numero centesimo secundo §. quinto, & in Nouo. numero centesimo tertio, §. 5.

V S V R A VII.

Quo ad pœnas.

A P E C C A T Sacerdos audiens confessionem vsurarij manifesti, vel impendens ei absolutionem, vel aliud sacramentum, antequam restituat vsuras, vel præster cautionem. Et nolenti hoc facere, nemo debet esse testis in testamento (quod testamentum nullum est ipso iure) nec confessionem eius audire: nec ipse est in loco sacro sepeliendus. capite decimo septimo, numero ducentesimo septuagesimonono. Et qui eum in loco sacro sepeliret, nisi prius præ